

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio bn
cum uariis

Non errores pontificum abscondi possunt oculis sed eciam exigua eorum celeriter innotescunt. Nam et athleta tamdiu domi manet et cum nullo congreditur, potest quod infirmus sit latere. Cum uero nudus in agone constiterit, qualis sit confestim probatur. Ita ergo et qui priuatam uitam et non multis occupatam negociis agunt, habent uelamen delictorum suorum ipsam solitudinem. Cum uero adducuntur in medium et illo secreto sicut uestibus exuuntur per apparentes motus quasi nudas animas suas sistunt oculis intuencium.

Crisostomus ibidem libro III.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sed *om.* (*cor. in marg.*) M; tamdiu] quamdiu V² L¹ L²; quod] quam V² L¹ L²; multis] oculis *add.* (*del. sub lin.*) B; solitudinem] sollicitudinem P V¹; cum uero] conuero (*cor. in marg.*) M; suas *om.* P V¹ V² L¹ L²